

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

EUCLIDIS

=

O P E R A O M N I A.

EDIDERUNT

I. L. HEIBERG ET H. MENGE.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXIII.

106

?

EUCLIDIS
~~Harvard University~~
E L E M E N T A.

EDIDIT ET LATINE INTERPRETATUS EST

I. L. HEIBERG,

DR. PHIL.

UOL. I.

LIBROS I—IV CONTINENS.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXIII.

PA
39(71
A2
1883)

LIPSIA: TYPIS B. G. THUBNERI.

*Grad. I
Pig. Alex. Zinot
97.
12-17-1920
7 vols.*

PRAEFATIO.

Elementa Euclidis paene per tria saecula pro fundamento critico solam editionem principem habuerunt, quae prodiit Basileae a. 1533; nam Gregorius in elementis totus fere ab illa editione pendet. quod fundamentum quale fuerit, inde intellegitur, quod editio Basileensis pro consuetudine illius temporis ad fidem paucissimorum nec optimorum codicum facta est, cum tamen elementorum tot exstent codices antiquissimi et praestantissimi, quot haud facile cuiusquam scriptoris Graeci. itaque initio nostri saeculi Peyrardus optime de elementis meritus est, quod unum saltem codicem antiquum et eum omnium praestantissimum, quippe qui recensionem Theone antiquorem contineret, in editione Basileensi emendanda adhibuit. hunc codicem e latebris Uaticanis protraxisse praestantiamque eius agnouisse, gloria est Peyrardi haud parui aestimanda. sed neque ubique recto firmoque iudicio in uera scriptura eligenda usus est, in primis quia bonis codicibus recensionis Theonis caruit, neque inuentum suum tenuit recteque aestimauit. hic adcedit, quod editio eius et inhabilis et his temporibus perrara est; nec ii, qui post Peyrardum elementa ediderunt, subsidia critica auxerunt neque omnino rem

ita egerunt, ut textus elementorum satis certo et ad usum prompto fundamento niti uideri possit. de ceteris scriptis Euclidis multo etiam peius actum esse, satis constat.

Quae cum a multis intellegi uiderem, Archimedi Euclidem adiungere constitui, et ut hunc laborem, quem iam diu animo ualuebam, tandem aliquando susciperem, eo magis impellebar, quod editionem Archimedis ab hominibus doctis beneuolenter adcipi, et erroribus, quos in primitiis illis uitare non potuissem, indulgeri uidebam, et usu edoctum me iam meliora praestare posse sperabam.

Sed statim apparuit, neque res rationesque neque uires meas toti operi, quod mihi proposueram, sufficere. tot codices conferendi erant, tot bibliothecae itineribus longinquis adeundae. itaque Henricum Menge, u. d., quem sciebam et ipsum in Euclide occupatum esse, interrogaui, uelletne partem operis suspicere. adnuit, et ita inter nos comparatum est, ut ille Data, Phaenomena, scripta musica, ego Elementa, Optica, Catoptrica ederem, et ut codices coniuncta opera conferremus. sed sic quoque in elementis e magna copia subsidiorum pauca eligere coactus sum. nam cum uix ulla sit minima bibliotheca, in qua non adseruetur codex aliquis elementorum, inde ab initio de omnibus codicibus conferendis aut certe inspiciendis desperandum erat. uellem equidem licuisset pluribus codicibus uti, sed ut aliquo tamen modo paucis, quos contuli, contenti esse possimus, facit et singularis ratio, qua nobis tradita sunt elementa Euclidis, et uetustas et bonitas codicum a me usurpatorum. nam satis notum

est, plerosque omnes codices e recensione Theonis flu-
xisse, et Uaticanum Peyrardi solum fere antiquiorem
formam seruasse. quem fructum ex hoc casu singu-
lari capere liceat, et quam rationem critices factitan-
dae inde sequi putem, pluribus exposui in libro, qui
inscribitur Studien über Euklid p. 177 sq. hoc quidem
statim adparuit, primum omnium codicem Uaticanum,
e quo Peyrardus ea sola enotauerat, quae ei memo-
rabilia uidebantur, quamuis ipse aliter praedicet, de-
nuo diligenter esse conferendum et praeterea ex reli-
quis codicibus tantum numerum, ut ueri similiter de
scriptura Theonis iudicari posset. qua in re codices
Bodleianum, Laurentianum, Uindobonensem sufficere
putau, praesertim cum animaduerterem, eos a palim-
puesto codice saeculi VII uel VIII, qui in Museo Bri-
tannico adseruatur, non admodum discrepare. hos co-
dices pro fundamento habui, sed ad eos in partibus
quibusdam operis alii adcesserunt et, ut spero, adce-
dent, uelut in hoc primo uolumine Parisinus quidam
et in primo libro Bononiensis. hunc ne totum con-
ferrem, prohibuerunt temporis angustiae, sed spes mihi
est, me breui partem reliquam conferre posse; nam
in libris stereometricis hic codex maximi momenti
est. de ceteris subsidiis nouis, sicut de codicibus
operum minorum, in praefationibus singulorum uolu-
minum dicetur.

Confiteor igitur fieri posse, ut inter codices non-
dum collatos lateat thesaurus aliquis (neque enim
omnes recentiores sunt nec recentiores semper sper-
nendi), qui mea subsidia uel aequet uel etiam supereret.
sed cum non maxime sit ueri simile, haec, qualiacun-

que sunt, nunc edere malui, quam opus in infinitum differre.

De consilio meo satis dictum. de forma ac specie editionis sufficit commemorare, eandem me secutum esse quam in Archimede edendo. nam quamquam uidebam, Latinam interpretationem meam a nonnullis improbari, tamen hic quoque Latinam Francogallicae Germanaeue aut nulli praetuli; nam interpretationem mathematici flagitant, et Latina a pluribus legi potest. praeterea res ipsae tritiores interpretandi molestiam leuorem reddunt in Euclide quam in Archimede. notas perpaucas addidi, quia perpaucis in Euclide dissentibus consulenti opus est, si solam intellegentiam uerborum tenorisque demonstrationis spectes. nam commentarium, cuius hic quoque ingens est materia, scribere nolui. quarto uolumini copiosiora prolegomena praemittentur, quibus historia textus elementorum illustrabitur. eodem congeram, quae de subsidiis deterioribus collegi; nam perspicuitatis causa ea ab adparatu critico removenda erant, in quo iis tantum codicibus usus sum, quos supra commemorau. eos his litteris significau:

P — cod. Uatican. Gr. 190 Peyrardi saec. X, membran. hic illic manus recentissima litteras tempore euanidas renouauit, quam littera π significaui, ubi parum recte scripturam antiquam reddere uidebatur. libros IV—IX ipse contuli Romae 1881, librum II et partem tertii Mengius; primum et reliquam partem tertii Augustus Mau u. d. beneuolenter conferenda suscepit.

B — cod. Bodleian. Doruillian. X, 1 inf. 2, 30, scr. a.

888, membran. libros I—VII ipse contuli Oxoniae 1882.

- F — cod. Florentin. Laurentian. XXVIII, 3 saec. X, membran. in hoc quoque codice scriptura antiqua saepe manu saeculi XVI renouata est, quae eadem multa folia foliorumue partes resarcinavit et ultimam partem codicis totam suppleuit. eam significaui littera φ, ubicunque antiquam scripturam uel uitiauit uel ita obscurauit, ut dignosci non posset. totum codicem ipse contuli Florentiae 1881.
- V — cod. Uindobon. Gr. 103 saec. XI—XII, membran. partem ultimam in charta bombycina suppleuit manus saeculi XIII. totum contuli ipse Hauniae 1880.
- b — cod. bibliothecae communalis Bononiensis numeris 18—19 signat., saec. XI, membran. librum I contuli et alios nonnullos locos inspexi Florentiae 1881.
- p — cod. Parisin. Gr. 2466 saec. XII, membran. librum I contuli Parisiis 1880, libros II—VII Hauniae 1882.

Restat, ut grato officio fungar iis uiris gratias quam maximas agendi, qui labori meo fauerunt. primum ut itinera Parisios et in Italiam toties facere possem, effectum est eximia liberalitate summi Ministerii, quod cultui scholisque nostris praeest, et instituti Carlsbergici, litteras scientiamque largiter adiuuantis. etiam praefectis bibliothecarum Uin-

dobonensis, Parisinae, Bononiensis plurimum
debeo, quod codices a se adservatos meum in usum
alio transmitti siuerunt, item praefectis bibliothecae
regiae Hauniensis et bibliothecae Laurentianae,
quibus intercedentibus hunc fauorem adeptus sum.
Carolo Graux, quocum magnam partem itineris
Italici a. 1881 communiter feci, et qui me in codicum
aetatibus definiendis ceterisque rebus palaeographicis,
in quibus cedebat nemini, egregie adiuuabat, quomodo
nihil hoc loco gratias debitas agerem, prohibuit fatum
nobis amicis eius superstibus scientiaeque inquisi-
simum.

Scr. Hauniae mense Aprili MDCCCLXXXIII.

ΣΤΟΙΧΕΙΑ.

α'.

"Οροι.

α'. Σημεῖόν ἐστιν, οὗ μέρος οὐθέν.

β'. Γραμμὴ δὲ μῆκος ἀπλατές.

γ'. Γραμμῆς δὲ πέρατα σημεῖα.

δ'. Εὐθεῖα γραμμή ἐστιν, ἥτις ἔξ ἴσου τοῖς ἐφ' 5 ἑαυτῆς σημείοις κεῖται.

ε'. Ἐπιφάνεια δέ ἐστιν, ὃ μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχει.

ϛ'. Ἐπιφανείας δὲ πέρατα γραμμαῖ.

ζ'. Ἐπίπεδος ἐπιφάνειά ἐστιν, ἥτις ἔξ ἴσου ταῖς 10 ἐφ' ἑαυτῆς εὐθεῖαις κεῖται.

η'. Ἐπίπεδος δὲ γωνία ἐστὶν ἡ ἐν ἐπιπέδῳ δύο γραμμῶν ἀπτομένων ἀλλήλων καὶ μὴ ἐπ' εὐθείας κειμένων πρὸς ἀλλήλας τῶν γραμμῶν κλίσις.

θ'. Ὄταν δὲ αἱ περιέχουσαι τὴν γωνίαν γραμμαὶ 15 εὐθεῖαι ὡσιν, εὐθύγραμμος καλεῖται ἡ γωνία.

ι'. Ὄταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα τὰς ἐφ-

1. Hero def. 2. Ammonius in categ. p. 43. 66. Psellus p. 34. cfr. Philoponus in phys. fol. 6^r. Martianus Capella VI, 708. Boetius p. 374, 1. 2. Sextus Emp. p. 466, 27. 470, 24. 704, 28. Hero def. 3. Philoponus in phys. fol. 6^r. Ammonius in cat. p. 66. Martianus Capella VI, 708. Boetius p. 374, 2. 3. Boetius p. 374, 3. 4. Hero def. 5. Sextus Emp. p. 716, 28. 717, 10. Philoponus in anal. II fol. 4^v, fol. 15. Psellus p. 34. Boetius p. 374, 5. 5. Hero def. 9. Boetius p. 374, 6. 6. Boetius p. 374, 7. 7. Hero def. 11. Psellus p. 35. Boetius p. 374, 7. 8. Hero def. 16. Psellus p. 35. cfr. Sextus Emp. p. 718, 12. Boetius p. 374, 10. Martianus Capella VI, 710.

I.

Definitiones.

- I. Punctum est, cuius pars nulla est.
- II. Linea autem sine latitudine longitudo.
- III. Lineae autem extrema puncta.
- IV. Recta linea est, quaecunque ex aequo punctis in ea sitis iacet.
- V. Superficies autem est, quod longitudinem et latitudinem solum habet.
- VI. Superficiei autem extrema lineae sunt.
- VII. Plana superficies est, quaecunque ex aequo rectis in ea sitis iacet.
- VIII. Planus autem angulus est duabus lineis in plano se tangentibus nec in eadem recta positis alterius lineae ad alteram inclinatio.
- IX. Ubi uero lineae angulum- continentest rectae sunt, rectilineus adpellatur angulus.
- X. Ubi uero reeta super rectam lineam erecta

9. Hero def. 17. Boetius p. 374, 12. 10. Hero def. 19. Ammonius in categ. p. 58. Simplicius in Aristot. de coelo fol. 131^v. Philoponus in phys. i IIII, in anal. II fol. 28^v, p. 65. Psellus p. 36. Martianus Capella VI, 710. Boetius p. 374, 14.

Numeros definitionum om. PFBb. 1. οὐδέν F, Psellus, Ammonius p. 66. 6. ἔχει μόνον B. 11. δέ] supra comp. scriptum b. ἐπιπέδῳ] ἐπίπεδος π. 13. Αντe πρός ras. unius litterae PF. 14. δέ] δ' B. τὴν γωνίαν περιέχονσαν Proclus; τὴν εἰλημένην γωνίαν P. 15. ἡ γωνία καλεῖται Proclus.

*εξῆς** γωνίας ἵσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὁρθὴ ἐκατέρᾳ τῶν
ἴσων γωνιῶν ἔστι, καὶ ἡ ἐφεστηκυῖα εὐθεῖα κάθετος
καλεῖται, ἐφ' ἣν ἐφέστηκεν.

ια'. Αμβλεῖα γωνία ἔστιν ἡ μείζων ὁρθῆς.

ιβ'. Ὁξεῖα δὲ ἡ ἐλάσσων ὁρθῆς.

ιγ'. Ὁρος ἔστιν, ὅ τινός ἔστι πέρας.

ιδ'. Σχῆμα ἔστι τὸ ὑπό τινος ἢ τινων δρων
περιεχόμενον.

ιε'. Κύκλος ἔστι σχῆμα ἐπίκεδον ὑπὸ μιᾶς γραμ-
10 μῆς περιεχόμενον [ἢ καλεῖται περιφέρεια], πρὸς ἣν
ἀφ' ἐνὸς σημείου τῶν ἐντὸς τοῦ σχήματος κειμένων
πᾶσαι αἱ προσπίπτονται εὐθεῖαι [πρὸς τὴν τοῦ κύ-
κλου περιφέρειαν] ἵσαι ἀλλήλαις εἰσίν.

ις'. Κέντρον δὲ τοῦ κύκλου τὸ σημεῖον καλεῖται.

ιξ'. Διάμετρος δὲ τοῦ κύκλου ἔστιν εὐθεῖά τις
διὰ τοῦ κέντρου ἥγμένη καὶ περατουμένη ἐφ' ἐκάτερα
τὰ μέρη ὑπὸ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας, ἦτις καὶ
δίχα τέμνει τὸν κύκλον.

ιη'. Ἡμικύκλιον δέ ἔστι τὸ περιεχόμενον σχῆμα
20 ὑπό τε τῆς διαμέτρου καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ'

11. Hero def. 21. Ammonius in categ. p. 58. Psellus p. 36.
Martianus Capella VI, 710. Boetius p. 374, 18. 12. Hero def.
20. Ammonius l. c. Psellus l. c. Martianus Capella l. c. Boetius
p. 374, 19. 13. Philoponus in Aristot. de anima fol. a 2.
Martianus Capella VI, 710. Boetius p. 374, 22. 14. Hero def.
25. Schol. in Hermog. VII^r p. 903. cfr. Philop. ad Aristot. de
anim. h. 7. Martianus Capella VI, 710. Boetius p. 374, 21.
15. Hero def. 29. Taurus apud Philop. in Proclum VI, 21. Sex-
tus Emp. p. 719, 16. Philopon. in anal. II fol. 28^v, cfr. fol. 4^v,
9^v, 29^r, 53^r. Psellus p. 38. Martianus Capella VI, 710. Boetius
p. 375, 3. 16. Psellus p. 38. Martianus Capella VI, 711. Boe-
tius p. 375, 6. 17. Hero def. 30. Psellus p. 38. Martianus
Capella VI, 711. Boetius p. 375, 7. 18. Hero def. 31. Mart.
Capella VI, 711. Boetius p. 375, 12.

angulos deinceps positos inter se aequales efficit, rectus est uterque angulus aequalis, et recta linea erecta perpendicularis adpellatur ad eam, super quam erecta est.

XI. Obtusus angulus est, qui maior est recto.

XII. Acutus uero, qui minor est recto.

XIII. Terminus est, quod alicuius rei extremum est.

XIV. Figura est, quod aliquo vel aliquibus terminis comprehenditur.

XV. Circulus est figura plana una linea comprehensa, ad quam quae ab uno puncto intra figuram posito educuntur rectae omnes aequales sunt.

XVI. Centrum autem circuli punctum illud adpellatur.

XVII. Diametrus autem circuli recta quaedam est linea per centrum ducta et terminata utrimque ambitu circuli, quae quidem linea circulum in duas partes aequales diuidit.

XVIII. Semicirculus autem ea est figura, quae

1. ἔρθη ἔστιν ἐκατέρᾳ omissa ἔστι lin. 2 B F V, Simplicius, Philoponus in anal. II p. 65, Psellus. scripturam receptam praebent Pbp, Proclus, Hero, Ammonius, Philoponus in phys. i IIII. cfr. prop. 11, 12. 2. [ἴσων] om. Ammonius, Philoponus in phys. 1. c., Psellus, Martianus Capella, Campanus. εὐθεῖα] γεωμετρή Proclus, BV; om. Ammonius. Deff. XI—XII permuntant Hero et Ammonius. 6. ιγ'] ιδ' V et sic deinceps.

Deff. XIII—XIV permuntat Boetius. 7. ἔστι] δέ F bp. 10. ἦ καλεῖται περιφέρεια] om. Proclus, Taurus, Sextus Emp., Philoponus, Boetius; habent praeter codd. Hero, Psellus, Capella, Campanus. 12. προπίπτουσαι b, corr. m. 2. πρὸς τὴν τὸν κύκλον περιφέρειαν] om. Proclus, Taurus, Hero, Sextus Emp., Psellus, Capella, Boetius; habent codd. (in b erasa sunt), Philoponus, Campanus. 13. εἰσὶν] PF, εἰσὶ uulgo. 19. ἔστιν P F. 20. τε] om. B. καὶ] τε καὶ B. ὑπολαμβανομένης B.

αὐτῆς περιφερείας. κέντρον δὲ τοῦ ἡμικυκλίου τὸ αὐτό, ὃ καὶ τοῦ κύκλου ἔστιν.

ιθ'. Σχήματα εὐθύγραμμά ἔστι τὰ ὑπὸ εὐθειῶν περιεχόμενα, τρίπλευρα μὲν τὰ ὑπὸ τριῶν, τετρά-
5 πλευρα δὲ τὰ ὑπὸ τεσσάρων, πολύπλευρα δὲ τὰ ὑπὸ πλειόνων ἢ τεσσάρων εὐθειῶν περιεχόμενα.

κ'. Τῶν δὲ τριπλεύρων σχημάτων ισόπλευρον μὲν τρίγωνόν ἔστι τὸ τὰς τρεῖς ἵσας ἔχον πλευράς, ισο-
σκελές δὲ τὸ τὰς δύο μόνας ἵσας ἔχον πλευράς, σκαληνὸν
10 δὲ τὸ τὰς τρεῖς ἀνίσους ἔχον πλευράς.

κα'. "Ετι δὲ τῶν τριπλεύρων σχημάτων ὁρθογώ-
νιον μὲν τρίγωνόν ἔστι τὸ ἔχον ὁρθὴν γωνίαν, ἀμ-
βλυγώνιον δὲ τὸ ἔχον ἀμβλεῖαν γωνίαν, διγυώνιον
δὲ τὸ τὰς τρεῖς ὀξείας ἔχον γωνίας.

15 κβ'. Τῶν δὲ τετραπλεύρων σχημάτων τετράγωνον'
μέν ἔστιν, ὃ ισόπλευρόν τέ ἔστι καὶ ὁρθογώνιον, ἐτε-
ρόμηκες² δέ, ὃ ὁρθογώνιον μέν, οὐκ ισόπλευρον δέ,
ὅμβος³ δέ, ὃ ισόπλευρον μέν, οὐκ ὁρθογώνιον δέ,
ὅμβοειδές⁴ δὲ τὸ τὰς ἀπεναντίον πλευράς τε καὶ γω-
20 νίας ἵσας ἀλλήλαις ἔχον, ὃ οὔτε ισόπλευρόν ἔστιν

19. Philop. in anal. II fol. 39r; cf. in Arist. de anim. h 7.
Boetius p. 375, 14—21. 20. Hero def. 43. 44. 45. Psellus
p. 36. Boetius p. 376, 2. 21. Hero def. 46. 48. 47. Philop.
in anal. II fol. 39r. Psellus p. 37. Boetius p. 376, 6. 22. Psellus
p. 37. Martianus Capella VI, 712. Boetius p. 376, 14. ὅμ-
βος Galenus XVIII¹ p. 466.

1. αὐτῆς] αὐτοῦ B. περιφερείας] τοῦ κύκλου περιφε-
ρείας PBFV, sed τοῦ κύκλου om. bp, Proclus, Hero, Capella,
Boetius. 2. κέντρον δέ — 2. ἔστιν ex Proclo p. 160 addidit
August electa definitione III, 6, quam omnes codd. hoc quoque
loco sic praebent: τμῆμα κύκλου ἔστι τὸ περιεχόμενον σχῆμα
ὑπό τε εὐθείας καὶ κύκλου περιφερείας ἢ μείζονος ἢ ἐλάττονος
ἡμικυκλίου (κύκλου ἔστι om. φ; pro priore ἢ in B F V est ἦτοι;
ἐλάττονος P). eandem habet Campanus; contra Capella et

diametro et arcu ab ea absciso comprehenditur. centrum uero semicirculi idem est, quod ipsius est circuli.

XIX. Figurae rectilineae sunt, quae rectis lineis comprehenduntur, trilaterae quae tribus, quadrilaterae quae quattuor, multilaterae quae plus quam quattuor rectis comprehenduntur.

XX. Ex figuris autem trilateris aequilaterus triangulus est, qui tria latera sua aequalia habet, aequicrurius uero, qui duo sola aequalia habet, scalenus autem, qui tria latera sua inaequalia habet.

XXI. Praeterea uero ex figuris trilateris rectangulus triangulus est, qui rectum angulum habet, obtusiangulus, qui obtusum habet, acutiangulus autem, qui tres angulos suos acutos habet.

XXII. Ex quadrilateris autem figuris quadratum est, quod simul aequilaterum est et rectangulum, parte altera longius est, quod rectangulum est neque uero aequilaterum, rhombus autem, quod aequilaterum est neque uero rectangulum, rhomboides autem, quod latera simul et angulos inter se opposita aequalia habet, sed neque aequilaterum est neque rectangulum; re-

Boetius et hanc et Procli omittunt; de Herone non liquet (Studien p. 192). 3. σχήματα εὐθύγραμμα] Pbp, Proclus; εὐθύγρ. σχ. uulgo (εὐθείγραμμα φ). ἔστιν PF. Def. 19 uulgo in 4 diuiditur; V hinc numeros om. 3. εὐθειῶν γραμμῶν Proclus, Boetius. 6. τεττάρων B. εὐθειῶν πλευρῶν Proclus, Boetius. 8. ἔστιν PF. 9. τὰς δύο] δύο b, Proclus. μόνον Proclus. 10. πλευράς] om. Proclus. Def. 20 uulgo in 3 diuiditur. 11. δέ] P, Proclus; om. b; τε uulgo.

12. ἔστιν PF. μίαν ἔχον V mg. m. 1?, Proclus, Psellus. 13. μίαν ἔχον Proclus, Psellus; γωνίαν μίαν V mg. m. 1? τὸ ἔχον — 14. δέ mg. B eadem man. ὀξειγώνιον φ. 16. ὁ ἔστιν λοσπλευρόν τε καὶ Proclus. ἔστιν, ὁ λοσπλευρόν τε om. φ. ἐπερόμηκες bis φ. 17. ὁ τὸ Proclus. 20. ὁ] om. Fbp. οὐτε] οὐτε δέ Fbp. ἔστιν] om. Proclus.

¹⁴⁾ Prop. xxix) calls it παραλλήλογραμμον, or rather intro. sec. this term
(sq. ^{15.} ^{16.} ^{17.}

οῦτε ὁρθογώνιον· τὰ δὲ παρὰ ταῦτα τετράπλευρα
τραπέζια καλείσθω.

καὶ γ'. Παράλληλοι εἰσιν εὐθεῖαι, αἵτινες ἐν τῷ
αὐτῷ ἐπικέδῳ οὖσαι καὶ ἐκβαλλόμεναι εἰς ἄπειρον ἐφ'
ἢ ἐκάτερα τὰ μέρη ἐπὶ μηδέτερα συμπίκτουσιν ἀλλήλαις.

Αἰτήματα.

α'. Ἡτήσθω ἀπὸ παντὸς σημείου ἐπὶ πᾶν σημεῖον
εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

β'. Καὶ πεπερασμένην εὐθεῖαν κατὰ τὸ συνεχὲς
10 ἐπ' εὐθείας ἐκβαλεῖν.

γ'. Καὶ παντὶ κέντρῳ καὶ διαστήματι κύκλου γρά-
μα. ^{καὶ τοῦτον πάντα στρῶειν in the figure, cf. Βιβλ. ΙΙ + ΙΙΙ.}
φεσθαι.

δ'. Καὶ πάσας τὰς ὁρθὰς γωνίας ἵσας ἀλλήλαις
εἶναι.

15 ε'. Καὶ ἔὰν εἰς δύο εὐθείας εὐθεῖα ἐμπίκτουσα
τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη γωνίας δύο ὁρθῶν
ἐλάσσονας ποιῆι, ἐκβαλλομένας τὰς δύο εὐθείας ἐπ'
ἄπειρον συμπίπτειν, ἐφ' ἣ μέρη εἰσὶν αἱ τῶν δύο ὁρ-
θῶν ἐλάσσονες.

23. Hero def. 71. Philoponus in anal. II fol. 18v. Psellus p. 35. Martianus Capella VI, 712. Boetius p. 376, 23. αἰτ. 1—5. Martianus Capella VI, 722. Boetius p. 377, 4. Aspasius apud Simplicium in Arist. de coelo fol. 149: τὰ πέντε αἰτήματα. 1. Philop. in anal. II fol. 9v. 10. 29. 2. Simplicius in phys. fol. 119. 3. Philop. in anal. II fol. 10. 29. 4. Id. ibid. fol. 10. 5. Id. ib. fol. 10. 29. Proclus p. 364, 14.

↗ Ριστίμδ 183, 73 + 188-189.

1. τετράγωνα B. 2. τραπέζεια b. Def. 21 uulgo in 3, def. 22 in 5 diuidunt. 3. παράλληλοι δέ B. εὐθεῖαι εἰσιν Proclus, Psellus. 4. ἐξ V. 5. συμπίπτειν P. ἀλλήλαις om. F. 6. αἰτήματα πέντε V, αἰτ. ἔστι πέντε BF, b m. 2. Numeros om. F. 9. ἐπ' εὐθείας κατὰ τὸ συνεχές PBFbp;

liqua autem praeter haec quadrilatera trapezia adpellentur.

XXIII. Parallelae sunt lineae, quae in eodem plano positae et in utramque partem productae in infinitum in neutra parte concurrunt.

Postulata.

I. Postuletur, ut a quoquis puncto ad quodvis punctum recta linea ducatur.

II. Et ut recta linea terminata in directum educatur in continuum.

III. Et ut quoquis centro radioque circulus describatur.

IV. Et omnes rectos angulos inter se aequales esse.

V. Et, si in duas lineas rectas recta incidentes angulos int̄iores et ad eandem partem duobus rectis minores effecerit, rectas illas in infinitum productas concurrere ad eandem partem, in qua sint anguli duobus rectis minores.

receptum ordinem tinentur V, Proclus, Simplicius, Capella, Boetius, Campanus. 10. ἐκβάλλειν V. 11. γράφεσθαι] codd. omnes et Philoponus; γράψαι ex Proclo recepit August.

13. ἀλλήλαις] om. V. 15. εὐθεῖα τις P. 17. ἐλάττονας Proclus p. 191, 18 (non p. 364). τὰς δύο] PBVbp, δύο om. F, Proclus bis, Martianus Capella, Boetius, fort. recte. 18. συμπίπτειν τὰς εὐθεῖας ἐκβαλλομένας ἐφ' Proclus p. 364. συμπίπτειν ἀλλήλαις PV (ἀλλήλαις corr. ex ἀλλήλας P). 19. ἐλάσσονες] Pp, Proclus p. 364; ἐλάττονες uulgo. Dein add. γωνίαι FBVb, Philoponus; om. Proclus bis et Pp. In ed. Basil. et apud Gregorium aīt. 4—5 inter communes notiones (10—11) leguntur (πᾶσαι αἱ ὁρθαὶ γωνίαι ἔσται.. εἰσι; ἐκβαλλόμεναι αἱ.. εὐθεῖαι.. συμπεσοῦνται). Post aīt. 5 in PF et V m. 2 et apud Campanum sequitur: καὶ δύο εὐθεῖας χωρὶς μὴ περιέχειν. cf. Heiberg. Sm. 46. Encl. 1882, p. 18 note 2.

Κοιναὶ ἔννοιαι. *

α'. Τὰ τῷ αὐτῷ ἵσα καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἵσα.

β'. Καὶ ἐὰν ἵσοις ἵσα προστεθῇ, τὰ ὅλα ἐστὶν ἵσα.

γ'. Καὶ ἐὰν ἀπὸ ἵσων ἵσα ἀφαιρεθῇ, τὰ καταλει-
5 πόμενά ἐστιν ἵσα.

[δ'. Καὶ ἐὰν ἀνίσοις ἵσα προστεθῇ, τὰ ὅλα ἐστὶν
ἄνισα.

ε'. Καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ διπλάσια ἵσα ἀλλήλοις ἐστίν.

ϛ'. Καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ ἡμίση ἵσα ἀλλήλοις ἐστίν.]

10 ξ'. Καὶ τὰ ἑφαδμόξοντα ἐπ' ἀλλήλα ἵσα ἀλλήλοις ἐστίν.

η'. Καὶ τὸ ὅλον τοῦ μέρους μεῖζον [ἐστιν].

[θ'. Καὶ δύο εὐθεῖαι χωρίον οὐ περιέχουσιν.] Ιωάν. 13, 12

α'.

'Ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας πεπερασμένης
15 τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι.

"Ἐστω ἡ δοθεῖσα εὐθεῖα πεπερασμένη ἡ *AB*.

Δεῖ δὴ ἐπὶ τῆς *AB* εὐθείας τρίγωνον ἰσόπλευρον
συστήσασθαι.

Κέντρῳ μὲν τῷ *A* διαστήματι δὲ τῷ *AB* κύκλος

Κοιν. ἔνν. 1—3. Martianus Capella VI, 723. 1. Philop. in anal. II fol. 5. Boetius p. 378, 1. 2. Boetius p. 378, 5. 3. Philop. l. c. Boetius p. 378, 3. 4. Eutocius in Archim. III p. 254, 27. 7. Philop. in anal. II fol. 5. Boetius p. 378, 7. prop. I. Alexander Aphrod. in anal. I fol. 8^r, in top. p. 11. Themistius phys. paraphr. fol. 35^v. Simplicius in phys. fol. 119. Proclus p. 102, 14. 223, 22. Philop. in anal. II fol. 4^v. Martianus Capella VI, 724. Boetius p. 380, 2 [p. 390, 6—25]. Proclus p. 208—10 liberius proposit. repetit totam.

1. ἀξιώματα Proclus p. 193. κοιν. ἔνν. αὗται B F V. numeros om. P B F. 3. ἵσα ἵσοις Proclus. ἵσα ἐστὶν Proclus.

4. ἀπὸ ἵσων ἵσα] ἵσων Proclus. 5. ἵσα ἐστὶν Proclus.
αὕτ. 4 ex commentario Pappi irrepsisse uidetur; u. Proclus

Communes animi conceptiones.

I. Quae eidem aequalia sunt, etiam inter se aequalia sunt.

II. Et, si aequalibus aequalia adduntur, tota aequalia sunt.

III. Et, si ab aequalibus aequalia subtrahuntur, reliqua sunt aequalia.

VII. Et quae inter se congruunt, aequalia sunt.

VIII. Et totum parte maius est.

I.

In data recta terminata triangulum aequilaterum construere.

Sit data recta terminata *AB*. oportet igitur in recta *AB* terminata triangulum aequilaterum construere.

centro *A* et radio *AB* circulus describatur *BΓΔ*,

p. 197, 6sq.; in omnibus codicibus legitur; quare iam ante Theonem receptum erat (P); om. Martianus Capella et Boetius. Ante *alr.* 5 uulgo in codd. et edd. legitur: *καὶ ἐὰν ἀπὸ ἀνίσων ἵστα ἀραιόεσθη, τὰ λοιπά ἔστιν ἀνίστα;* om. B, mg. Fb, in ras. postea additum p; non agnoscant Proclus (cfr. p. 198, 3), Capella, Boetius. *alr.* 5—6 reiicit Proclus p. 196, 25, om. Capella et Boetius. *alr.* 7—8 permutat Proclus p. 193, qui ea diserte contra Heronem sola *alr.* 1—3 agnoscentem Euclidi uindicat p. 196, 17; om. Capella; *alr.* 8 etiam Boetius om. *alr.* 9 om. Capella, Boetius, Proclus, qui diserte id improbat p. 184, 8. 196, 23. Hoc loco habent Vb p; cfr. Philop. ad phys. fol. 10; *καὶ δύο εὐθείας γωγῶν μὴ περιέχειν* B; de ceteris u. ad p. 8, 19. 8. *ἔστιν* PF, *ἔστι* uulgo; comp. b; item lin. 9. 10.

10. *ἐπ' ἄλληλα*] om. Proclus. *ἔστιν*] *εἰσι* B. 11. *ἔστιν*] om. Proclus; comp. b; //ai F, *εἰναι* P. 17. *εὐθείας*] om. BFb p. *εὐθείας πεπερασμένης* P. 19. *μέν*] om. bp. *καὶ διαστηματι* Bp. *δέ* om. BFb p.

γεγράφθω ὁ $B\Gamma\Delta$, καὶ πάλιν κέντρῳ μὲν τῷ B διαστήματι δὲ τῷ BA κύκλος γεγράφθω ὁ $A\Gamma\dot{E}$, καὶ ἀπὸ τοῦ Γ σημείου, καθ' ὃ τέμνουσιν ἄλλήλους οἱ κύκλοι, ἐπὶ τὰ A, B σημεῖα ἐπεξεύχθωσαν εὐθεῖαι αἱ 5 GA, GB .

Καὶ ἐπεὶ τὸ A σημεῖον κέντρον ἔστι τοῦ $\Gamma\Delta B$ κύκλου, ἵση ἔστιν ἡ $A\Gamma$ τῇ AB · πάλιν, ἐπεὶ τὸ B σημεῖον κέντρον ἔστι τοῦ ΓAE κύκλου, ἵση ἔστιν ἡ $B\Gamma$ τῇ BA . ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ GA τῇ AB ἵση· ἐκα-10 τέρα ἄρα τῶν GA, GB τῇ AB ἔστιν ἵση. τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ἵσα καὶ ἄλλήλοις ἔστιν ἵσα· καὶ ἡ GA ἄρα τῇ GB ἔστιν ἵση· αἱ τρεῖς ἄρα αἱ GA, AB, BG ἵσαι ἀλλήλαις εἰσίν.

ἰσόπλευρον ἄρα ἔστι τὸ ABG τρίγωνον. καὶ συν-15 ἔσταται ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας πεπερασμένης τῆς AB .

[Ἐπὶ τῆς δοθείσης ἄρα εὐθείας πεπερασμένης τρίγωνον ἰσόπλευρον συνέσταται] ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

β'.


Πρὸς τῷ δοθέντι σημείῳ τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ 20 ἵσην εὐθεῖαν θέσθαι.

"Εστω τὸ μὲν δοθὲν σημεῖον τὸ A , ἡ δὲ δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ $B\Gamma$ · δεῖ δὴ πρὸς τῷ A σημείῳ τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ $B\Gamma$ ἵσην εὐθεῖαν θέσθαι.

[Ἐπεξεύχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ A σημείου ἐπὶ τὸ B ση-25 μεῖον εὐθεῖα ἡ AB , καὶ συνεστάτω ἐπ' αὐτῆς τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ ΔAB , καὶ ἐκβεβλήσθωσαν ἐπ'

II. Archimedes I p. 14, 1. Boetius p. 380, 3 [p. 391].

1. $B\Gamma\Delta$] P, V m. 1; $\Gamma\Delta B$ F b p, V e corr.; $\Gamma B\Delta$ in ras. B.
μέν] om. b. τῷ] τό φ. 2. $A\Gamma E$] P, V m. 1; ΓAE BF b p,
V e corr. 6. Post A ras. 10 litt. b. ἔστιν] P. $\Gamma\Delta B$] Δ in



et rursus centro B radio autem BA circulus describatur ΓAE , et a puncto Γ , in quo circuli inter se secant, ad puncta A, B ducantur rectae $\Gamma A, \Gamma B$. iam quoniam punctum A centrum est circuli ΓAB ,

erit $\Gamma A = AB$. rursus quoniam B punctum centrum est circuli ΓAE , est $BG = BA$. sed demonstratum est etiam $\Gamma A = AB$. quare utraque $\Gamma A, \Gamma B$ rectae AB aequalis est. quae autem eidem aequalia sunt, etiam inter se aequalia sunt [n. ενν. 1]. itaque etiam $\Gamma A = \Gamma B$. itaque $\Gamma A, AB, BG$ aequales sunt. quare triangulus $AB\Gamma$ aequilaterus est; et in data recta terminata AB constructus est. quod oportebat fieri.

II.

Ad datum punctam datae rectae aequalem rectam constituere.

Sit datum punctum A , data autem recta BG . oportet igitur ad punctum A datae rectae BG aequalem rectam constituere.

ducatur enim a puncto A ad B punctum recta AB [alr. 1], et in ea construatur triangulus aequilaterus ΔAB [prop. I], et producantur in directum rectae

ras. est in V, ΔB in B; $BG\Delta$ P. 7. ἔστιν ἵση BF. 8. ἔστιν P. ΓAE] in ras. B, $A\Gamma E$ P. 12. ἵση ἔστιν V. AB] ΓB φ. 14. ἔστιν P. συνίσταται PBV (in b non liquet). 16. ἐπὶ τῆς — 17. συνίσταται om. codd. omnes; e Proclo solo p. 210 receperit August; nix genuina sunt. 22. τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ] P; om. Theon (BFV pb). 23. $B\Gamma$ εὐθείᾳ V. 24. γάρ] om. F. 26. ΔAB] eras. F. Ante ἐξβεβλ. in V add. supra: προσ-

εὐθείας ταῖς ΔΑ, ΔΒ εὐθεῖαι αἱ ΑΕ, ΒΖ, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ Β διαστήματι δὲ τῷ ΒΓ κύκλος γεγράφθω ὁ ΓΗΘ, καὶ πάλιν κέντρῳ τῷ Δ καὶ διαστήματι τῷ ΔΗ κύκλος γεγράφθω ὁ ΗΚΛ.

5 Ἐπεὶ οὖν τὸ Β σημεῖον κέντρον ἔστι τοῦ ΓΗΘ, ἵση ἔστιν ἡ ΒΓ τῇ ΒΗ πάλιν, ἐπεὶ τὸ Δ σημεῖον κέντρον ἔστι τοῦ ΗΚΛ κύκλου, ἵση ἔστιν ἡ ΔΔ τῇ ΔΗ, ὃν ἡ ΔΔ τῇ ΔΒ ἵση ἔστιν. λοιπὴ ἄρα ἡ ΑΔ λοιπῇ τῇ ΒΗ ἔστιν ἵση. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΒΓ 10 τῇ ΒΗ ἵση· ἐκατέρᾳ ἄρα τῶν ΑΔ, ΒΓ τῇ ΒΗ ἔστιν ἵση. τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ἵσα καὶ ἀλλήλοις ἔστιν ἵσα· καὶ ἡ ΑΔ ἄρα τῇ ΒΓ ἔστιν ἵση.

Πρὸς ἄρα τῷ δοθέντι σημείῳ τῷ Α τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ ΒΓ ἵση εὐθεῖα κεῖται ἡ ΑΔ· ὅπερ ἐδει 15 ποιῆσαι.

γ'.

Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν ἀνίσων ἀπὸ τῆς μείζονος τῇ ἐλάσσονι ἵσην εὐθεῖαν ἀφελεῖν.

. "Εστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι ἄνισοι αἱ ΑΒ, 20 Γ, ὃν μείζων ἔστω ἡ ΑΒ· δεῖ δὴ ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΒ τῇ ἐλάσσονι τῇ Γ ἵσην εὐθεῖαν ἀφελεῖν.

Κείσθω πρὸς τῷ Α σημείῳ τῇ Γ εὐθείᾳ ἵση ἡ ΑΔ· καὶ κέντρῳ μὲν τῷ Α διαστήματι δὲ τῷ ΑΔ κύκλος γεγράφθω ὁ ΔΕΖ.

III. Boetius p. 380, 5 [p. 392].

1. εὐθείας FV. 3. κέντρῳ μὲν V. τῷ] bis B (in fine et initio linn.). καὶ διαστήματι] διαστήματι δὲ V. 5. ΓΗΘ κύκλον BFV, P m. rec. 6. ΒΓ] ΓΒ F. καὶ πάλιν V; πάλιν δὲ (supra) p. 7. ἔστιν P. 8. ἔστιν] PF; ἔστι uulgo.

9. τῇ] om. b. 10. τῇ ΒΗ] (alt.) supra b. 11. ἵσα] (alt.) -α in ras. P. 12. ΒΓ] ΓΒ F. 13. Ante πρός ras. unius litt. b. 18. ἐλάσσονι BF. εὐθεῖαν] om. Proclus. 19. δύο] om. F. ἄνισοι] ἀν- supra m. 1 F. 20. Post Γ ras. 1 litt.

$\Delta A, \Delta B$, ut fiant AE, BZ , et centro B radio autem $B\Gamma$ circulus describatur [alit. 2] $\Gamma H\Theta$, et rursus centro A radio autem AH circulus describatur HKA .

iam quoniam B punctum centrum est circuli $\Gamma H\Theta$,

erit $B\Gamma = BH$. rursus quoniam A punctum centrum est circuli HKA , erit

$$\Delta A = \Delta H,$$

quarum partes $\Delta A, \Delta B$ aequales. itaque $AA = BH$ [x. 3]. sed demonstratum est $B\Gamma = BH$. itaque utraque $AA, B\Gamma$ rectae BH aequalis

est. uerum quae eidem aequalia sunt, etiam inter se aequalia sunt [x. 3]. ergo etiam $AA = B\Gamma$.


Ergo ad datum punctum A datae rectae $B\Gamma$ aequalis constituta est recta AA ; quod oportebat fieri.

III.

Datis duabus rectis inaequalibus rectam minori aequalem a maiore abscindere.

Sint due datae rectae inaequales AB, Γ , quarum

maior sit AB . oportet igitur a maiore AB minori Γ aequalem rectam abscindere. constituatur ad A punctum rectae Γ aequalis AA [propr. II], et centro A radio autem AA describatur circulus AEZ [alit. 2].



P, ut lin. 21. 22. 22. Post $\pi\varepsilon\varepsilon\vartheta\omega$ in P supra scr. m. 1 γάρ, idem V mg. 23. $A\Delta$] (alt.) in ras. V; utrumque corr. ex AE P m. rec. 24. ΔEZ] ex EZI P m. rec.; $ZE\Delta B$.

Καὶ ἐπεὶ τὸ Α σημεῖον κέντρον ἔστι τοῦ ΔΕΖ κύκλου, ἵση ἔστιν ἡ ΑΕ τῇ ΑΔ· ἀλλὰ καὶ ἡ Γ τῇ ΑΔ ἔστιν ἵση. ἐκατέρᾳ ἄρα τῶν ΑΕ, Γ τῇ ΑΔ ἔστιν ἵση· ὥστε καὶ ἡ ΑΕ τῇ Γ ἔστιν ἵση.

5 Δύο ἄρα δοθείσων εὐθειῶν ἀνίσων τῶν ΑΒ, Γ ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΒ τῇ ἐλάσσονι τῇ Γ ἵση ἀφήρηται ἡ ΑΕ· ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

δ'.

'Εὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς [ταῖς] δυσὶ¹⁰ πλευραῖς ἵσας ἔχῃ ἐκατέραν ἐκατέρα φαντασίαν τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἵσην ἔχῃ τὴν ὑπὸ τῶν ἵσων εὐθειῶν περιεχομένην, καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἵσην ἔξει, καὶ τὸ τρίγωνον τῷ τριγώνῳ ἵσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις¹⁵ ἵσαι ἔσονται ἐκατέρα φαντασίαν ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἵσαι πλευραὶ τῶν τριγώνων.

"Ἐστω δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ τὰς δύο πλευρὰς τὰς ΑΒ, ΑΓ ταῖς δυσὶ πλευραῖς ταῖς ΔΕ, ΔΖ ἵσας ἔχοντα ἐκατέραν ἐκατέρα φαντασίαν τὴν μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ τὴν δὲ ΑΓ τῇ ΔΖ καὶ γωνίαν τὴν ὑπὸ ΒΑΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἵσην. λέγω, ὅτι καὶ βάσις ἡ ΒΓ βάσει τῇ EZ ἵση ἔστιν, καὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΔEZ τριγώνῳ ἵσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἵσαι ἔσονται ἐκατέρα φαντασίαν ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἵσαι πλευραὶ τῶν τριγώνων, ἡ μὲν ὑπὸ ΑΒΓ τῇ ὑπὸ ΔEZ, ἡ δὲ ὑπὸ ΑΓΒ τῇ ὑπὸ ΔΖΕ.

'Εφαρμοζόμενον γὰρ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ἐπὶ τὸ

IV. Schol. in Pappum III p. 1183, 32. Boetius p. 380, 7.

1—7. Multas litt. fig. in ras. P m. rec., ut supra. 4. ἡ]


Et quoniam punctum A centrum est circuli ΔEZ , est $AE = AZ$; uerum etiam $\Gamma = AZ$. itaque utraque AE , Γ rectae AA aequalis est; ergo etiam $AE = \Gamma$.

Ergo datis duabus rectis inaequalibus AB , Γ a maiore AB minori Γ aequalis abscisa est AE ; quod oportebat fieri.

IV.

Si duo trianguli duo latera duobus lateribus alterum alteri aequalia habent et angulos rectis aequalibus comprehensos aequales, etiam basim basi aequalem habebunt, et triangulus triangulo aequalis erit, et reliqui anguli reliquis aequales alter alteri, ii scilicet, sub quibus aequalia latera subtendunt.

Sint duo trianguli $AB\Gamma$, ΔEZ duo latera AB ,



AB et Γ duobus lateribus AE , AZ aequalia habentes alterum alteri,

$$AB = AE \text{ et } \Gamma = AZ,$$

et $\angle BAG = EAZ$. dico, etiam esse $B\Gamma = EZ$ et $\triangle AB\Gamma = \Delta EZ$, et reliquos angulos reliquis, alterum alteri, aequales, sub quibus aequalia latera subtendant, $\angle AB\Gamma = \angle EZ$ et $\angle A\Gamma B = \angle ZE$.

Nam si triangulum $AB\Gamma$ triangulo ΔEZ adpli-

sertum m. 1 b. 6. AB] B supra scriptum m. 1 b. 9. ταῖς] om. Pp; supra b. 10. ἔχει (scr. ἔχῃ) δὲ καὶ γωνίαν γωνία
τοην Proclus, τὴν μέτραν γωνίαν τῇ μετρά BF. 12. εὐθειῶν] πλευρῶν Proclus. 15. ἐκατέρᾳ ἐκατέρᾳ] om. Proclus. ὑφ'] ἔφ' b. ατ] om. V. 18. δυστ V. 19. ἔχοντι φ. 20.
κατ] comp. supra F. BAG] $AB\Gamma$ F, sed AB eras. 21. EAZ] $E\Gamma$ eras. F. 22. ἔστι V. 24. ὑφ'] sic b m. 1, sed
supra ἔφ' .

ΔΕΖ τρίγωνον καὶ τιθεμένου τοῦ μὲν Α σημείου ἐπὶ τὸ Δ σημεῖον τῆς δὲ ΑΒ εὐθείας ἐπὶ τὴν ΔΕ, ἐφαρμόσει καὶ τὸ Β σημεῖον ἐπὶ τὸ Ε διὰ τὸ ἵσην εἶναι τὴν ΑΒ τῇ ΔΕ· ἐφαρμοσάσης δὴ τῆς ΑΒ ἐπὶ τὴν δ ΔΕ ἐφαρμόσει καὶ ἡ ΑΓ εὐθεῖα ἐπὶ τὴν ΔΖ διὰ τὸ ἵσην εἶναι τὴν ὑπὸ ΒΑΓ γωνίαν τῇ ὑπὸ ΕΔΖ· ὥστε καὶ τὸ Γ σημεῖον ἐπὶ τὸ Ζ σημεῖον ἐφαρμόσει διὰ τὸ ἵσην πάλιν εἶναι τὴν ΑΓ τῇ ΔΖ. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ Β ἐπὶ τὸ Ε ἐφηρμόκει· ὥστε βάσις ἡ ΒΓ ἐπὶ βάσιν τὴν EZ ἐφαρμόσει. [Εἰ γὰρ τοῦ μὲν Β ἐπὶ τὸ E

γένεται 38 EZ οὐκ ἐφαρμόσει, δύο εὐθεῖαι χωρίον περιεξουσιν·

οὐδὲ 56 ὅπερ ἔστιν ἀδύνατον. ἐφαρμόσει ἄρα ἡ ΒΓ βάσις ἐπὶ τὴν EZ] καὶ ἵση αὐτῇ ἔσται· ὥστε καὶ ὅλον τὸ ΑΒΓ

15 τρίγωνον ἐπὶ ὅλον τὸ ΔΕΖ τρίγωνον ἐφαρμόσει καὶ ἵσον αὐτῷ ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ἐπὶ τὰς λοιπὰς γωνίας ἐφαρμόσουσι καὶ ἴσαι αὐταῖς ἔσονται, ἡ μὲν ὑπὸ ΑΒΓ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ ἡ δὲ ὑπὸ ΑΓΒ τῇ ὑπὸ ΔΖΕ.

'Εὰν ἄρα δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς [ταῖς] δύο

20 πλευραῖς ἴσας ἔχῃ ἐκατέραν ἐκατέρα φαίνεται τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἔχῃ τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην, καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην ἔξει, καὶ τὸ τρίγωνον τῷ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται ἐκατέρα φαίνεται ἐκατέρα φαίνεται.

25 ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν· ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

1. προστιθεμένον V, sed προσ- punctis del. μὲν] supra m. 1 F. 2. Δ] in ras. b. τὴν] τῇ p. 4. δή] FV b p; δέ PB; cfr. prop. 8. 6. ΒΑΓ] post ras. V; ΑΒΓ B. ΕΔΖ] ΔEZ B. 8. εἶναι πάλιν B. 9. ἐφαρμόσει b. 13. ἔστιν] om. V. 16. ταῖς λοιπαῖς γωνίαις BF. 17. ἐφαρμόσουσιν P. αὐταῖς] ἀλλήλαις F. 19. δύο] (alt.) β F.

cuerimus et punctum A in Δ puncto posuerimus, rectam autem AB in ΔE , etiam B punctum in E cadet, quia $AB = \Delta E$. applicata iam AB rectae ΔE etiam AG recta cum ΔZ congruet, quia $\angle BAG = EZ$. quare etiam punctum G in Z punctum cadet, quia rursus $AG = \Delta Z$. uerum etiam B in E ceciderat; quare basis BG in basim EZ cadet. nam, cum B in E , G uero in Z ceciderit, si ita basis BG cum EZ non congruet, duae rectae spatium comprehendent; quod fieri non potest [x. ενν. 9]. itaque basis BG cum EZ congruet et aequalis ei erit [x. ενν. 7]. quare etiam totus triangulus ABG cum toto triangulo ΔEZ congruet et ei aequalis erit, et reliqui anguli cum reliquis congruent et aequales iis erunt, $\angle ABG = \Delta EZ$ et $\angle AGB = \Delta ZE$.

Ergo si duo trianguli duo latera duobus lateribus alterum alteri aequalia habent et angulos rectis aequalibus comprehensos aequales, etiam basim basi aequalem habebunt, et triangulus triangulo aequalis erit, et reliqui anguli reliquis aequales alter alteri, ii scilicet, sub quibus aequalia latera subtendunt; quod erat demonstrandum.

ταῖς] om. Pbp. δυσὶ V; in p δύο πλευραῖς deleta sunt m. 1. 22. ἔξει λόγη BF. 25. ὑφ')] corr. in ἐφ' m. 1 b. ὑφ' ἀς — ὑποτείνοσιν] mg. m. 1 P.

ε'.

Τῶν ἰσοσκελῶν τριγώνων αἱ πρὸς τῇ βάσει γωνίαι ἵσαι ἀλλήλαις εἰσὶν, καὶ προσεκβληθει-
σῶν τῶν ἰσων εὐθειῶν αἱ ὑπὸ τὴν βάσιν γω-
νίαι ἵσαι ἀλλήλαις ἔσονται.

"Εστω τριγώνον ἰσοσκελὲς τὸ ΑΒΓ ἵσην ἔχον τὴν
ΑΒ πλευρὰν τῇ ΑΓ πλευρᾷ, καὶ προσεκβληθεισῶν
ἐπ' εὐθείας ταῖς ΑΒ, ΑΓ εὐθεῖαι αἱ ΒΔ, ΓΕ λέγω,
ὅτι ἡ μὲν ὑπὸ ΑΒΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΑΓΒ ἵση ἐστίν,
10 ἡ δὲ ὑπὸ ΓΒΔ τῇ ὑπὸ ΒΓΕ.

εἴληφθω γὰρ ἐπὶ τῆς ΒΔ τυχὸν σημεῖον τὸ Ζ,
καὶ ἀφηρήσθω ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΕ τῇ ἐλάσσονι
τῇ ΑΖ ἵση ἡ ΑΗ, καὶ ἐπεξεύχθωσαν αἱ ΖΓ, ΗΒ
εὐθεῖαι.

15 ἐπεὶ οὖν ἵση ἐστὶν ἡ μὲν ΑΖ τῇ ΑΗ ἡ δὲ ΑΒ
τῇ ΑΓ, δύο δὴ αἱ ΖΑ, ΑΓ δυσὶ ταῖς ΗΑ, ΑΒ ἵσαι
εἰσὶν ἐκατέρα ἐκατέρᾳ· καὶ γωνίαν κοινὴν περιέχουσι
τὴν ὑπὸ ΖΑΗ· βάσις ἄρα ἡ ΖΓ βάσει τῇ ΗΒ ἵση
ἐστίν, καὶ τὸ ΑΖΓ τριγώνον τῷ ΑΗΒ τριγώνῳ ἰσον
20 ἐσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἵσαι
ἔσονται ἐκατέρα ἐκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἵσαι πλευραὶ ὑπο-
τείνουσιν, ἡ μὲν ὑπὸ ΑΓΖ τῇ ὑπὸ ΑΒΗ, ἡ δὲ ὑπὸ¹
ΑΖΓ τῇ ὑπὸ ΑΗΒ. καὶ ἐπεὶ δῆλη ἡ ΑΖ δῆλη τῇ ΑΗ
ἐστιν ἵση, ὡν ἡ ΑΒ τῇ ΑΓ ἐστιν ἵση, λοιπὴ ἄρα ἡ
25 ΒΖ λοιπῇ τῇ ΓΗ ἐστιν ἵση. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΖΓ
τῇ ΗΒ ἵση· δύο δὴ αἱ ΒΖ, ΖΓ δυσὶ ταῖς ΓΗ, ΗΒ

2. πρός] πρό b, sed corr. m. 1. 3. ἀλλήλαις] om. Proclus.
εἰσὶν] P, Proclus, comp. b; εἰσὶν vulgo. 5. ἀλλήλαις] om. Proclus.
ἔσονται] εἰσὶν Proclus. 7. πλευρᾶ] πλευρᾶν
φ. 8. εὐθεῖας] εὐθεῖας B. 9. ΑΓΒ] ΑΒΓ F. 10.
ΓΒΔ ἵση ἐστὶ p et V m. recentissima. . 17. περιέχουσιν

V.


In triangulis aequicruriis anguli ad basim positi inter se aequales sunt, et productis rectis aequalibus anguli sub basi positi inter se aequales erunt.

Sit triangulus aequicrurius $AB\Gamma$ habens $AB = A\Gamma$,

et producantur $AB, A\Gamma$ in directum,
ut fiant $B\Delta, \Gamma E$. dico, esse

$$\angle A\Gamma B = A\Gamma B$$

$$\text{et } \angle \Gamma B\Delta = B\Gamma E.$$



Sumatur enim in $B\Delta$ quoduis punctum Z , et a maiore AE minori AZ aequalis abscindatur AH [prop. III], et ducantur ZG, GH rectae.

iam quoniam $AZ = AH$ et $AB = A\Gamma$, duae rectae $ZA, A\Gamma$ duabus HA, AB aequales sunt altera alteri; et angulum communem comprehendunt ZAH . itaque $ZG = HB$ et $\triangle AZG = AHB$, et reliqui anguli reliquis aequales erunt alter alteri, sub quibus aequalia latera subtendunt [prop. IV], $\angle A\Gamma Z = ABH$ et $\angle AZG = AHB$. et quoniam $AZ = AH$, quarum partes $AB, A\Gamma$ aequales, erit $BZ = \Gamma H$ [z. ενν. 3]. sed demonstratum est etiam $ZG = HB$. itaque duae rectae BZ, ZG duabus $\Gamma H, HB$ aequales sunt altera alteri; et $\angle BZG = \Gamma HB$ et basis eorum communis

V. Simplicius in phys. fol. 14v. Boetius p. 380, 13—15, ubi sic fere scribendum: si triangulus aequalia latera habeat, qui ad eius basim anguli sunt, aequales alter alteri sunt, et aequalibus lineis [productis] et sub basi eius anguli aequales utrimque erunt.

P Vp. 19. ἐστιν] PF, comp. b; ἐστιν uulgo. 25. Ante BZ ras. est unius litt. in V. 26. HB] BH V, corr. m. 2. δυστ] e corr. V.

ἴσαι εἰσὶν ἐκατέρα ἐκατέρα· καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΖΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΓΗΒ ἴση, καὶ βάσις αὐτῶν κοινὴ ἡ ΒΓ· καὶ τὸ ΒΖΓ ἄρα τριγώνον τῷ ΓΗΒ τριγώνῳ 5 ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται ἐκατέρα ἐκατέρα, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν· ἴση ἄρα ἔστιν ἡ μὲν ὑπὸ ΖΒΓ τῇ ὑπὸ ΗΓΒ ἡ δὲ ὑπὸ ΒΓΖ τῇ ὑπὸ ΓΒΗ. ἐπεὶ οὖν ὅλη ἡ ὑπὸ ΑΒΗ γωνία ὅλῃ τῇ ὑπὸ ΑΓΖ γωνίᾳ ἐδείχθη 10 ἴση, ὥν ἡ ὑπὸ ΓΒΗ τῇ ὑπὸ ΒΓΖ ἴση, λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΒΓ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΑΓΒ ἔστιν ἴση· καὶ εἰσὶ πρὸς τῇ βάσει τοῦ ΑΒΓ τριγώνου. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΖΒΓ τῇ ὑπὸ ΗΓΒ ἴση· καὶ εἰσιν ὑπὸ τὴν βάσιν.

Τῶν ἄρα 15 ἴσοσκελῶν τριγώνων αἱ πρὸς τῇ βάσει γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν, καὶ προσεκβληθεισῶν τῶν ἴσων εὐθειῶν αἱ ὑπὸ τὴν βάσιν γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ἴσονται· δῆπερ ἐδειξαί.

ς'.

'Εὰν τριγώνον αἱ δύο γωνίαι 20 ἴσαι ἀλλήλαις ωσιν, καὶ αἱ ὑπὸ τὰς ἴσας γωνίας ὑποτείνουσαι πλευραὶ ἴσαι ἀλλήλαις ἴσονται.

"Ἐστω τριγώνον τὸ ΑΒΓ 25 ἴσην ἔχον τὴν ὑπὸ ΑΒΓ γωνίαν τῇ ὑπὸ ΑΓΒ γωνίᾳ· λέγω, διτι καὶ πλευρὰ ἡ ΑΒ πλευρᾶ τῇ ΑΓ ἔστιν ἴση.

εἰ γὰρ ἄνισός 30 ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΑΓ, ἡ ἐτέρα αὐτῶν μείζων ἔστιν. Ἐστω μείζων ἡ ΑΒ, καὶ ἀφηρήσθω ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΒ τῇ ἐλάττονι τῇ ΑΓ 35 ἴση ἡ ΔΒ, καὶ ἐπεξεύχθω ἡ ΔΓ.

6. ἔστιν ἄρα V. ΖΒΓ] in ras. V. 7. ΗΓΒ] corr. ex ΓΗΒ V. 9. ἴση] (alt.) ἔστιν ἴση V e corr. 10. ὑπό] (alt.)


BΓ. itaque etiam $\triangle BZ\Gamma = \Gamma HB$, et reliqui anguli reliquis aequales erunt alter alteri, sub quibus aequalia latera subtendunt. itaque $\angle ZB\Gamma = H\Gamma B$ et $B\Gamma Z = \Gamma BH$ [prop. IV]. iam quoniam $\angle ABH = A\Gamma Z$, ut demonstratum est, quorum partes ΓBH , $B\Gamma Z$ aequales, erit $\angle AB\Gamma = A\Gamma B$ [*z. ἔνν. 3.*]. et sunt ad basim positi trianguli $AB\Gamma$. uerum etiam demonstratum est $\angle ZB\Gamma = H\Gamma B$; et sub basi sunt.

Ergo in triangulis aequicruriis anguli ad basim positi inter se aequales sunt, et productis rectis aequalibus anguli sub basi positi inter se aequales erunt; quod erat demonstrandum.

VI.

Si in triangulo duo anguli inter se aequales sunt, etiam latera sub aequalibus angulis subtendentia inter se aequalia erunt.

Sit triangulus $AB\Gamma$ habens $\angle AB\Gamma = A\Gamma B$. dico, esse etiam $AB = A\Gamma$.



Si enim AB rectae $A\Gamma$ inaequalis est, alterutra earum maior est. sit AB maior, et a maiore AB minori $A\Gamma$ aequalis abscindatur AB [prop. III], et ducatur $A\Gamma$.

VI. Boetius p. 380, 15.

supra m. 1 B. ἵση ἐστίν F; ἵση ἐστί B. εἰσιν P. 11.
 $A\Gamma B]$ $A\Gamma B$ B. 12. $H\Gamma B]$ e corr. V. 15. εἰσιν] PF;
 comp. b; εἰσιν uulgo. προσεκβλησθεισῶν P. 19. ἀλλήλαις]
 om. Proclus. 20. ὡσιν] Proclus, PF; ὡσι uulgo. αῖ] om. F.
 21. ἀλλήλαις] om. Proclus. ἐσονται] εἰσι Proclus.
 25. ἡ ἐτέρα] μῆτ in ras. 6 litt. P m. recent., ἐτέρα p et b m. 1
 (ἡ supra insertum). 27. ἐλάσσονι BFV.

'Επεὶ οὖν ἵση ἐστὶν ἡ ΔΒ τῇ ΑΓ κοινὴ δὲ ἡ ΒΓ,
δύο δὴ αἱ ΔΒ, ΒΓ δύο ταῖς ΑΓ, ΓΒ ἵσαι εἰσὶν
ἐκατέρᾳ ἐκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΔΒΓ γωνίᾳ τῇ
ὑπὸ ΑΓΒ ἐστιν ἵση· βάσις ἄρα ἡ ΔΓ βάσει τῇ ΑΒ
5 ἵση ἐστίν, καὶ τὸ ΔΒΓ τριγώνου τῷ ΑΓΒ τριγώνῳ
ἵσουν ἔσται, τὸ ἔλασσον τῷ μείζονι· ὅπερ ἄτοπον· οὐκ
ἄρα ἀνισός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΑΓ· ἵση ἄρα.

'Εὰν ἄρα τριγώνου αἱ δύο γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις
ώσιν, καὶ αἱ ὑπὸ τὰς ἵσας γωνίας ὑποτείνουσαι πλευ-
10 ραὶ ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται· ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ξ'.

'Ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας δύο ταῖς αὐταῖς
εὐθείαις ἀλλαι δύο εὐθεῖαι ἴσαι ἐκατέρᾳ ἐκα-
τέρᾳ οὐ συσταθήσονται πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ
15 σημείῳ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰ αὐτὰ πέρατα
ἔχουσαι ταῖς ἔξ ἀρχῆς εὐθείαις.

Ἐλ γὰρ δινατόν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας τῆς ΑΒ
δύο ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ταῖς ΑΓ, ΓΒ ἀλλαι δύο
εὐθεῖαι αἱ ΑΔ, ΔΒ ἴσαι ἐκατέρᾳ ἐκατέρᾳ συνεστά-
20 τωσαν πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημείῳ τῷ τε Γ καὶ Δ
ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι, ὥστε ἴσην
εἶναι τὴν μὲν ΓΑ τῇ ΔΔ τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαν
αὐτῇ τὸ Α, τὴν δὲ ΓΒ τῇ ΔΒ τὸ αὐτὸ πέρας ἔχου-
σαν αὐτῇ τὸ Β, καὶ ἐπεξεύχθω ἡ ΓΔ.

25 'Ἐπεὶ οὖν ἵση ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΑΔ, ἵση ἐστὶ καὶ

2. δυσὶ V. 3. καὶ] bis B (in fine et init. linn.).

Post ΔΒΓ ras. 3 litt. F. 4. ΑΓΒ] ΔΒΓ, sed B in ras. F.

5. ΔΒΓ] corr. ex ΔΒΓ V; ΔΒΓ b. 6. ΑΓΒ] corr. ex ΔΓΒ

V; in ras. B; ΔΓΒ b. 6. ἔλασσον B. 7. ἀνισος] supra

m. 2, in textu μείζων m. rec. in ras. P. 9. ωσιν] PF; ωσι

υulg. αἱ] supra P. 12. δυσὶ V. Post ταῖς ras. 5 litt.

P. 14. οὐ σταθήσονται (scr. συσταθ.) ἐκατέρᾳ ἐκατέρᾳ Pro-


iam cum $\angle AB = \angle AG$, et BG communis sit, duae rectae AB , BG duabus AG , GB aequales sunt altera alteri, et $\angle ABG = \angle AGB$. itaque $\angle AG = \angle AB$ et $\triangle ABG = \triangle AGB$ [prop. IV], minus maiori; quod absurdum est [z. ενν. 8]. itaque AB rectae AG inaequalis non est; aequalis igitur.

Ergo si in triangulo duo anguli inter se aequales sunt, etiam latera sub aequalibus angulis subtendentia inter se aequalia erunt; quod erat demonstrandum.

VII.

In eadem recta iisdem duabus rectis aliae duae rectae aequales altera alteri non constituentur ad aliud atque aliud punctum ad eandem partem eosdem terminos, quos priores rectae, habentes.

Nam si fieri potest, in eadem recta AB duabus iisdem rectis AG , GB aliae duae rectae AA' , AB aequales altera alteri constituantur ad aliud atque aliud punctum



Γ et A ad eandem partem eosdem terminos habentes, ita ut $GA = AA'$, quacum terminum habet communem A , et $GB = AB$,

quacum terminum habet communem B , et ducatur ΓA .

Iam quoniam $AG = AA'$, etiam $\angle AGA' = AAG$

VII. Boetius p. 380, 19.

clus. 19. αὶ] om. P. συνεστάτωσαν] corr. ex συνέστωσαν B. 21. Post μέρη add. τὰ Γ , A P m. rec., mg. m. 2 F V p.

Post ἔχονται in P m. rec., V p m. 2 add. τὰ A , B ; in FB add. ταῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθεῖαις; in F praeterea m. 2: ητοι τὰ A , B (post εὐθεῖαις). 22. AA'] $A\Gamma$ BF. 24. ΓA] $A\Gamma$ BF.

25. ἵση] postea add. P. Post $A\Gamma$ add. εὐθεῖα P m. rec. ἐστιν P.

VII. Simson, in his note on this prop., says th. the transl. from the Arabic gives also explicitly a demonstr. of the other case, n. j. when Δ falls within A B P .

γωνία ἡ ὑπὸ ΑΓΔ τῇ ὑπὸ ΑΔΓ· μεῖζων ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΔΓ τῆς ὑπὸ ΔΓΒ· πολλῷ ἄρα ἡ ὑπὸ ΓΔΒ μεῖζων ἐστὶ τῆς ὑπὸ ΔΓΒ. πάλιν ἐπεὶ ἵση ἐστὶν ἡ ΓΒ τῇ ΔΒ, ἵση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΓΔΒ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΔΓΒ. ἐδείχθη δὲ αὐτῆς καὶ πολλῷ μεῖζων· ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον.

Οὐκ ἄρα ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας δύο ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ἄλλαι δύο εὐθεῖαι ἵσαι ἑκατέραις ἑκατέραις συσταθήσονται πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημειῷ ἐπὶ τὰ 10 αὐτὰ μέρη τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι ταῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθείαις· ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

η'.

Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς [ταῖς] δύο πλευραῖς ἵσας ἔχη ἑκατέραν ἑκατέρα, ἔχη δὲ 15 καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἵσην, καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἵσην ἔξει τὴν ὑπὸ τῶν ἵσων εὐθειῶν περιεχομένην.

Ἐστω δύο τρίγωνα τὰ ABΓ, ΔEZ τὰς δύο πλευρὰς τὰς AB, AG ταῖς δύο πλευραῖς ταῖς ΔE, ΔZ ἵσας 20 ἔχοντα ἑκατέραν ἑκατέρα, τὴν μὲν AB τῇ ΔE τὴν δὲ AG τῇ ΔZ· ἔχετω δὲ καὶ βάσιν τὴν BG βάσει τῇ EZ ἵσην· λέγω, ὅτι καὶ γωνία ἡ ὑπὸ BAG γωνίᾳ τῇ ὑπὸ EΔZ ἐστιν ἵση.

Ἐφαρμοξόμενου γὰρ τοῦ ABΓ τριγώνου ἐπὶ τὸ 25 ΔEZ τρίγωνον καὶ τιθεμένου τοῦ μὲν B σημείου ἐπὶ τὸ E σημεῖον τῆς δὲ BG εὐθείας ἐπὶ τὴν EZ ἔφαρμόσει καὶ τὸ Γ σημεῖον ἐπὶ τὸ Z διὰ τὸ ἵσην εἰναι τὴν BG τῇ EZ· ἔφαρμοσάσης δὴ τῆς BG ἐπὶ τὴν EZ

2. τῆς] corr. ex τῇ P. 3. ΓΒ] e corr. V; BΓΒF. 4.
ἐστὶν P. ΓΔΒ] BΔΓ p. 5. ΔΓΒ] BΓΔ p. 13. ταῖς


$\Delta\Gamma B$ being a part of $\Delta\Gamma A$

[prop. V]. quare $\angle A\Delta\Gamma > \angle\Gamma\Delta B$ [n. ēvv. 8]. itaque multo magis $\angle\Gamma\Delta B > \angle\Gamma\Delta B$ [id.]. rursus quoniam $\Gamma B = \Delta B$, erit $\angle\Gamma\Delta B = \angle\Gamma\Delta B$ [prop. V]. sed demonstratum est, eundem multo maiorem esse; quod fieri non potest.

Ergo in eadem recta iisdem duabus rectis aliae duae rectae aequales altera alteri non constituentur ad aliud atque aliud punctum ad eandem partem eosdem terminos, quos priores rectae, habentes; quod erat demonstrandum.

VIII.

Si duo trianguli duo latera duobus lateribus aequalia habent alterum alteri et praeterea basim basi aequalem habent, etiam angulos aequalibus rectis comprehensos aequales habebunt.



Sint duo trianguli $AB\Gamma$, ΔEZ duo latera AB , $A\Gamma$ duobus lateribus ΔE , ΔZ aequalia habentes alterum alteri,

$AB = \Delta E$ et $A\Gamma = \Delta Z$,
et praeterea habeant $B\Gamma = EZ$.

dico, etiam esse $\angle B\Gamma A = E\Delta Z$.

nam triangulo $AB\Gamma$ ad triangulum ΔEZ applicato et puncto B in E puncto posito recta autem $B\Gamma$ in EZ etiam Γ punctum in Z cadet, quia $B\Gamma = EZ$. applicata iam $B\Gamma$ rectae EZ etiam BA , ΓA cum $E\Delta$,

VIII. Boetius p. 380, 24.

δυστ' V. 14. ἔχη δέ] om. Proclus. 19. τάς] om. Pbp.
δυστ' V. 21. $B\Gamma$] $A\Gamma$ F, sed A eras. 25. τοῦ μέν] μὲν
τοῦ B. 29. δή] δέ Bb. ξπιτ'] in ras. m. 1 P.

έφαρμόσουσι καὶ αἱ ΒΑ, ΓΑ ἐπὶ τὰς ΕΔ, ΔΖ. εἰ γὰρ βάσις μὲν ἡ ΒΓ ἐπὶ βάσιν τὴν EZ ἔφαρμόσει, αἱ δὲ ΒΑ, ΑΓ πλευραὶ ἐπὶ τὰς ΕΔ, ΔΖ οὐκ ἔφαρμόσουσιν ἀλλὰ παραλλάξουσιν ὡς αἱ EH, HΖ, συσταθήσονται 5 ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας δύο ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ἄλλαι δύο εὐθεῖαι ἵσαι ἐκατέρᾳ ἐκατέρᾳ πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημείῳ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι. οὐ 10 συνίστανται δέ· οὐκ ἄρα ἔφαρμοξομένης τῆς ΒΓ βάσεως ἐπὶ τὴν EZ βάσιν οὐκ ἔφαρμόσουσι καὶ αἱ ΒΑ, ΑΓ πλευραὶ ἐπὶ τὰς ΕΔ, ΔΖ. ἔφαρμόσουσιν ἄρα· ὥστε καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ ἐπὶ γωνίαν τὴν ὑπὸ ΕΔΖ ἔφαρμόσει καὶ ἵση αὐτῇ ἔσται.

Ἐὰν ἄρα δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς [ταῖς] δύο πλευραῖς ἵσας ἔχῃ ἐκατέραν ἐκατέρᾳ καὶ τὴν βάσιν 15 τῇ βάσει ἵσην ἔχῃ, καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἵσην ἔξει τὴν ὑπὸ τῶν ἵσων εὐθείῶν περιεχομένην· διερ ἔδει δεῖξαι.

θ'.

Τὴν δοθεῖσαν γωνίαν εὐθύγραμμον δίχα 20 τεμεῖν.

"Ἔστω ἡ δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος ἡ ὑπὸ ΒΑΓ. δεῖ δὴ αὐτὴν δίχα τεμεῖν.

Εἰλήφθω ἐπὶ τῆς AB τυχὸν σημεῖον τὸ Λ, καὶ ἀφηρήσθω ἀπὸ τῆς ΑΓ τῇ ΑΛ ἵση ἡ ΑΕ, καὶ ἐπε- 25 ξεύχθω ἡ ΑΕ, καὶ συνεστάτω ἐπὶ τῆς ΑΕ τρίγωνον ἵσόπλευρον τὸ ΑEZ, καὶ ἐπεξεύχθω ἡ ΑΖ· λέγω, ὅτι ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία δίχα τέτμηται ὑπὸ τῆς ΑΖ εὐ- θείας.

